Sermo pmus henrici westfel die carthusiensis in natiuitate dm

Transeamus usque betlehē et videamus hoc verbum quod factum est Luce 2°

Verbis ac f. kmi nouimus facra nos docete histo ria eciam qualiter illi simplices pasto res gregum postquam audierant ab angelo illud bonum quod natus esset eis salvator hodie / Jubilum etiam celestis exercitus clamancium in aere atque dicentium Gloria in excelsis deo et in terra pax ho. bone voluntatis devote loquebantur ad inuicem Transeamus usque betlehem et videamus hoc verbum quod factum est id est videamus rem gestam per verbum angeli signatam que res ibidem facta est et hoc secundum premissa thematis sonat Vel sic Videamus hoc verbum dei mirabile quod eternaliter fuit in corde patris absconditum quomodo nunc caro factum est et hoc secundum thematis profundiorem seu magis misticum sensum Qua propter kmi non inmerito nos qui per tota pene no cte audiuimus quid angeli clamauerunt Quid denique tubicines illi celi de hoc ipso verbo buccinauerunt Quid prophete sonuerunt Quid tube ~~angelice~~ etiam intonauerunt Doctores scolis noto qui sciue runt tuba canere Nos magis tamquam perfecte ex multis instructi merito loqui habemus ad inuicem Transeamus usque betlehem et vi deamus hoc verbum quod factum Surgamus igitur kmi ab omni torpore et desidia et transeamus festinantes betlehem ut vi deamus hoc verbum bonum et suaue hoc verbum dulce et amabile quod de ore patris eterni celitus lapsum hodie appa

ruit in terra nostra Transeamus inquam betlehem et videamus etc. Sed quid est ista betlehem ad quam transibimus Respondit nobis propheta et euangelista quod est betle hem iude Scimus autem quod betlehem domus panis interpretatur Iude vero confes sio Transeundum igitur nobis est ad domum panis non carnalis voluptatis et medi cinis sed ad domum panis confessionis quo vescuntur illi qui iugiter cantant Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius Et recepcio autem quadruplicem talem betlehem Prima est historica de qua oriundus erat ille rex dauid Hec ne pe olim ephrata dicta erat ab uxore caleph usque dum ex ea propter famem qui erat in terra peregre profectus est elimelech cum uxore sua pulchra noemi Postea vocata fuerat betlehem ab abundancia panis et frumenti que precipue ibidem erat respi ciente domino populum suum eo tempore quo eadem noemi reuersa fuit cum ruth nura sua de partibus deserti moab unde eadem ruth traxit originem In figura quod cum illuc pulchra ruth nura maria scilicet de promissa figurata ruth decorata venerit portans scilicet agnum dominatorem terre quem dominus per secundum antiquum prophete desiderium emisit de petra deserti ad montem filie syon quod tunc in eadem betlehem esset futura celes tis panis abundancia Et 2a est inte rior betlehem et tropologica cuiusuis iusti hominis ubi cibatur deus mente deuo tam pane vite et intellectus 3a betlehem exterior et allegorica ecclesia scilicet militans in qua hodie dominus parauit in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant nos ministrans nobis corpus et sanguinem suum 4a vero est superna betlehem et anagogica patria videlicet celestis de qua omnes sancti replentur in bonis domus dei edentes et bibentes super mensam suam

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

in regno eius. In primis bethlehem verbum
dei quod est cibus omnium iustorum carne in
dutus atque hodie de virgine natus vel recli
natus in presepio. In 2a mentibus devotorum
occulte inspiratus reficit in puro
consciencie secretario. In 3a vero sub spe
ciebus sacramentalibus occultatus dominus
ihesus per transsubstanciacionem elementi malis
in corpus eius et sanguinem inenarrabiliter presens est
divinitate et humanitate in suo altari
In 4a vero ipsum verbum dei quod naturaliter
a deo genitus et … beatis mente re
velatus in patris inseparabiliter … …
Et In primis bethlehem comedere habemus
panem nostrum per … illorum que hodie
… domini ihesu christi sunt pia medita
cione. In 2a vero per ad imitacionem eadem
quantum possumus affectuosam devotionem
In 3a autem per corporis et sanguinis domini
ihesu sacramentalem cibacionem. In 4a demum
per eiusdem divinitatis domini ihesu alta
contemplacione. Ecce fratres mei quam grandis
hodie nobis restat peregrinacionis via
sed ut dignum est omnes has civitates
perlustrare voluerimus. Verum quia hora brevis
est ego de qualibet illarum pro ut
dominus dederit modicum quid admone
bo reliquum ceteris vobis relinquens
Transeamus igitur piarum meditacionum de
notis gressibus primo usque bethlehem illam
historicam que fuit civitas david … quam
david … est … dux qui regat
populum … egressus sit a principio a
diebus eternitatis. Et ingressi portas …
gramus infra menia regem nostrum per
per vicos et plateas si forte in publico
ducat … Sed ecce illuc non invenit
ut nostis sponsa que diligit anima eius
Nec apud vagos et dissolutos inda
dum. Sed … fortassis alicubi sedet
pro tribunali aut in glorioso palacio
residet in throno regni sui ut sedet
… cum principibus et plus gloriam teneat
Verum regnum suum non est de hoc mun

do nec venit iudicare sed iudicari.
Transeamus igitur ad maiores natu si for
san apud optimates civitatis nutriatur
filius regis vel saltem apud illos qui in
duuntur in croceis et induuntur purpura
et bysso epulantes quotidie splendide
Est enim puer valde delicatus quippe
non tenerrimus ut ligni vermiculus
diligenti nimirum indigens educacione
et custodia. Sed non invenitur in terra su
aviter viventium nec consedit in prin
cipibus in filiis hominum in quibus non est sa
lus. Vulgaria igitur adeamus hospicia
videntes si ne apud quemquam plebeiorum
misericordem patremfamilias susceptus sit
Verum in propria venit et sui eum non recepe
runt. At eciam ceteri advenientes diversis
hospiciis recepti sunt sibi parvulo non
erat locus in diversorio. Ubi igitur queremus
eum fratres mei. Vidi non pene totam
civitatem lustravimus publica et secreta
loca singula perscrutantes. Quid ergo faciemus.
faciemus. Ecce videmus adhuc aliquem
locum ubi non … fuimus utique ut aiunt
inter duas domos situs ab utraque parte
apertus tecto tantummodo superius munitus
quo cives diebus … … plebei
ad colloquendum vel propter … aeris in
temperiem vel … forte … ad vena
lia in civitatem vehentes convenerant
ligare iumenta sua. Simulus (?) siquidem
sit … civitas plena populo ad descriptionem
imperialem congregato nullus … haud
dubie ad ipsum declinavit eum sit vile
stabulum … fimo et …
… supellectili. Accedamus nos …
illuc videntes si non ibi possit aliquid
boni esse. Et ecce reperimus senem quen
dam et pudicissimam puellulam. In
terrogemus itaque ipsum senem … quia
in senibus est sapiencia an ne ibi sit qui
natus est rex iudeorum. Placide respondebit
nobis. Notum vobis facio quia nunc et hic
hodie puer huius … virgine accepi
virginem servavi … …

inuenta est in utero habens et ut angelus
me docuit quod natum est in ea de spiritu
sancto est et eum saluum faciet populum su-
um a peccatis eorum. Vere si quid tam
sancte concupiscitis ita ad matrem eius spectat
quam sanctitas virginis ipsam interrogate
etatem habet de se loquatur. Verus ipsa
docebit vos veritatem. Perfecto bonus
sermo quem audiuimus fratres mei. Sed cum
tamen sciencia ipsam adeamus non causa-
bitur quod nimis apparet iuuencula hec
paupercula non ornata auro et argento ge-
mmis et margaritis pro ut aliorum regum matres
ornari consueuerant. Sed nec habens torques
et monilia armillas aut periscelides
dauireas anulos aut gemmas in fronte
pendentes et huiusmodi que ... propheta testis
mundi mulieres opulente et delicate mun-
di huius uti solite sunt. Sed eum potius for-
tasse vestimenta eius pre vetustate attri-
ta et pene consumpta sunt. Est enim omnis
gloria eius ab intus. Est filia regis corpore et
ipsa speciosissima forma pre omnibus filiabus
hominum. Veniant igitur aliqui. Dicetis sed
virgo gloriosa virgo sola pre omnibus electa bene-
dicta in mulieribus virgo sacra dicas no-
bis de filio tuo quomodo concepisti et pe-
peristi eum. Dic dic an ipse sit quem
querimus. Sed et indica nobis ubi posu-
isti eum ubi reclinasti salutare dei sal-
uatorem mundi ut accedentes intelle-
gamus saltem virgo gloriosa. Puto fratres mei
nobis responsura virgo prudentissima
atque dicet. Firmissime tenete et nulla-
tenus dubitate me absque semine impre-
gnatam sine libidine concepisse absque do-
lore quinpotius cum delectatione maxima
peperisse virginemque ante et post partum per-
mansisse. Sicut enim radius solis vitrum
quod penetrat non corrumpit sic nec
splendor paterne glorie per me mundo ori-
ens integritatem meam violauit. Sed
et hoc michi per gabrielem archangelum
promissum fuerat a domino quod filius meus erit
magnus et filius altissimi vocabitur

et dabit illi dominus deus sedem dauid patris
eius et regnabit in domo iacob in eternum.
Et si placet videre ipsum ecce ut dimisi
signis vilibus pannis eum aliud non ha-
bere inuolui et posui eum in presepio quia
non erat alius locus in diuersorio. Nimis non
stupeat homo ad audiendum. Nec tamen non
horrescat de rege celi cuius sunt diuicie
et gloria. Verum eum virgo beatissima predicat
nobis ad tam nouum et inauditum miraculum
stupentes et visu atque spectaculo credo
quod nobis dicere habeat. Nolite timere quod
in paupertate intra reperitur rex glorie.
Scrutemini scripturas et inuenietis quod certa
moyses ille dux filiorum israel de egypto
promulgatorque diuine legis in paupertate
te non modica ut puta constitutus re-
pertus sit. Dauid etiam magnus ille rex me-
lior atque prior qui in typum filii mei
a propheta domini inunctus est eo quod
liberare debebat populum israel de captiui-
tate babilonica fundaretque templum
domini in iherusalem. Nonne a pastoribus
sub caniculis ductus est in deserto.
Sed si hec due figure vobis non suffi-
ciunt et ad certitudinem de quodam ma-
gnorum regum terre quorum memoria est gloriosa
in virtute sua et in multitudine diui-
ciarum suarum clarificatus. Reuoluite
Historias annales gestorum et ducatus
quo magnus ille nabuchodonosor qui
fuit virga dei puniens scelestos israel
iudeorum pene omnes populos terre vo-
catus vir a propheta malleus vniuerse ter-
re sub lactante capra et bubone a le-
pros in heremo nutritus est. Romulus
quoque ille fundator ciuitatis magne
que est caput mundi et sedes regni
filius mei sub lupa repertus legitur. Sed
quid mirum si ut figuratum figuris
conformetur exemplumque suis exempla-
ribus correspondeat filius meus sub boue
et asino a vobis inueniatur in presepio.
Porro quod ad vnum presepe fidei vocatur
vetus synagoga instar bouis populi

portae ingressum dum dormiens tritura le-
gis deligeret atque ipsam generalitatem visitan-
dam vidit. Ipse dominus filius meus est
loquitur ut ipse ipso in liberans populum
suum de tenebris et confusione humana sole
produxisti in terram promissionis fluentem
lacte et melle lucidissime visionis atque
dulcissime dei fruitionis sentiens terra
virga ovis sui et sponsi liberiorum suorum in-
terficiens impium. Edificas quasi to-
tum generalitatem mundum templum nichil
omnino construens in ierusalem nisi manifeste
sed qui vivis lapidibus et unum in celis
Accedite igitur mihi nichil hesitantes quod
quidem adhuc habetis firmiorem prophe-
ticum sermonem cui benefacitis attendentes
Ecce in medio duorum animalium cognosceris
Ecce cognovit bos possessorem suum et
asinus presepe domini sui israel autem eum non
cognovit. Ita fratres karissimi nullum nobis
dubium relinquitur. Curramus igitur pro-
festinanter et tanquam bona iumenta presepe
sitiamus inmota presepe domini nostri clama-
tis singuli in corde ut iumentum factus
sum apud te et ego semper tecum. Et intro-
spiciamus karissimi ubi posuerunt eum. Ecce
te parvulus vagiens super fenum iumen-
torum positus cuius lacrime in [illegible]
compendiis et cuidam ut quidam aiunt
vestibus contextis atque dissutis ioseph
caligis involutus. O mira dignatio
O stupenda divine altitudinis ad nos
inclinatio. Ecce quod celi et terre rex de-
pauperatur. Ecce quod omnipotencia confirmatur
Ecce quod humiliatur maiestas. Ecce quo-
minoratur dominus magnus et laudabilis
nimis propter nos. Immensitas longitudo
latitudo et profunditas constringitur a fine
usque ad finem fortiter. Ecce quod in presepio
angustatur. Ecce qualiter deus qui [illegible]
dibus appendit et tribus digitis molem
terre manus et pedes fascia ligatur. Vide-
te quod cum sedes [illegible] lectica iam sedet et terra
Considerate qualiter celos et refectio angelorum
sitit esurit et parvulus virginei lactis

pabulo satis sobrie nutritur et confortatur.
Ecce quod verbum dei sonorosissimum ac
supernam ierusalem replens nullo clamo-
re ad ipsos sonum silet et penitus nichil
fatur. Et subditur parvulum [illegible] ad domino
dicendo: O domine quid hoc facere voluisti
Nichil non tuum est aurum et argentum. Non-
ne tui sunt celi et tua est terra orbe
be terre et plenitudinem eius tu fundasti
Utique domini est terra et plenitudo eius orbis
et universi qui habitant in eo. Cur igitur in tanta pau-
pertate et humilitate venisti ad servos
tuos. Et idem esse propter nos te humilians
dispensasti. Cur non aliquem de regibus
terre in nutricem et reginam in matrem
et nutricem elegisti qui sine penuria
te enutrire et tuam facillime divitiis
sustentare poterant potius quam istum paupe-
rem fabrum lignarium muliercula pau-
perrima ut tenuit vilibus de opibus
manuum suarum. Rogo fratres mei ut in-
terior aure audiamus et corde intelligamus
quid nobis magister bonus ad ista respondeat.
Credo enim quod in nobis occulte dicat. Si-
nite quod sic decet me implere omnem iusti-
ciam. Sed ignoratis quod veni omnem mundi
concupiscentiam delectationes glorie et opulen-
tiam verbo et exemplo destruere et sic
omnem appetitum humanum michi obtemperantem
in celestia sublevare. Non enim peccato
inheret quod per concupiscentiam mundi huius
inhesit. Discite igitur a me quod omnis
actio mea vita est instructio. Disci-
te magistri obedientiam et humilitatem carnis
castigationem parcimoniam et voluntariam
paupertatem. Discite fratres innocentiam
taciturnitatem mititatem et pacientiam [illegible]
virtutum [illegible] que etiam in [illegible] Disci-
te [illegible] et ad [illegible] Disci-
te [illegible] dum [illegible] conversatio-
nis primo docuit iam a presepio totam
[illegible] atque monasticam [illegible]
hec sunt pabula vite presertim dum ut has
[illegible] huius [illegible] et perfecto non
in nobis mores firmos [illegible] Pl[illegible]

ra alia hic contemplanda occurrunt. Sed ne tar
dior nos hora impediat osculemur tene
los pedes manusque domini tenerrimas
infigamus sacro capiti nostro labia totumque
corpus devotissime amplectamur propter
nichilominus sacrum panniculos atque fascia
dulciter amplectamur et valefaciemus pu
ero ihesu. Et transeamus usque ad bet
lehem et videamus hoc verbum quod factum
est considerantes an ubi hodie christus spiritua
liter natus sit. Si enim id habemus firmum
propositum contra commissa peccata virtutibus vel
saltem magis aut firmius quam antea habui
mus tunc christus spiritualiter nasci dicitur.
Sumus enim tunc filii dei in patris conformes
effecti ymaginis filii sui. Et tunc etiam
hodie digne transivimus usque bethle
hem. Nichil enim prodest nobis ad sacra
mentum accedere nisi firmiter proponamus
nos conformare christo. Et hoc est quod quidam
doctores dicunt quod si quis digne communicet
sumendo sacramentum eukaristie oportet quod ha
beat actualem devotionem. Dicitur autem
devotio secundum sanctum thomam voluntas promp
te se tradendi ad divinum obsequium. Hoc
est prompta benivolencia sive bonivola
promptitudo se domino christo in moribus et
virtutibus conformandi. Et de quanto huiusmodi de
votio fuerit maior sive copiosior ad plu
res virtutes se extendens sive accepcio
tanto est fructuosior de tanto uberiorem effe
ctum sive fructum sacramenti quis adipiscitur.
Effectus vero sacramenti ut sciatis est infusio
virtutum et habitualis gratie qua peccata
peccata dimittuntur et futura melius caveantur
et hoc est christo conformari sive christo conforme
fieri. Sed de hiis ad presens satis. Et ita
transeamus autem ut supra faciamus usque
bethlehem et ibi videamus hoc verbum quod
factum est id est promissa fide credamus
et puro corde prout paupertas nostra si
nit complectamur qualiter ibi ipse dominus
ihesus quem tam humiliter hodie sub fenum
iumentorum iacuit glorificatus in sinu pa
tris residet unus sanctus deus in esse

ncia differens in persona. Unde sibi essen
cialiter differens ab eo realiter personaliter
ab ipso eternaliter non factus a creatura sed geni
tus per modum intellectus procedens unigeni
tus reddens quod potens in eo inseparabiliter
manens. Unde et verbum dei dicitur a deo
verbante procedens et deum formaliter repre
sentans et per consequens ymago dei invisi
bilis vocatur. Sed ut verbum incarnatum dicitur
ymago sive similitudo naturalis illius rei
quam representat primo et splendor paterne
glorie a patre sive lumine eternali genitus
vel intellectualiter splendens et radius figure
eius quarum sicut id est intellectualis conformis
similitudo. Et conformiter etiam christus
dulcissima predicata quod ad premissa conti
nent de ipso vera cuilibet et sufficienter credenda
sunt. Aperte videmus nunc per speculum
in enigmate. Porro adhuc lux in
tenebris lucet et tenebre eam non compre
henderunt. Veniat autem tempus divinum
nobis in terris humilitati sue conformaveri
mus quando cognoscemus eum sicut et
cogniti sumus. Videbimus quippe eum
sicuti est. Quod ipse idem bonus ihesus
dominus noster prestare dignetur qui cum
patre in unitate spiritus sancti per infinita se
cula seculorum regnat. Amen.

Sermo 2us de eadem. Et
procedit de utero virginis tanquam
sponsus de thalamo.

Ipse tanquam sponsus procedens
de thalamo suo psalmo 18°.
Karissimi ac fratres dilec
tissimi de hodierna sol
lempnitate in qua haut dubie
exultatione inenarrabili gaudent
angeli letantur archangeli iubilant
seraphim atque cherubin totaque celorum
curia letabunda tripudiat. Multa
nimirum ac copiosissima se exhibet m
ateria loquendi sed tempus breve est
fatigati enim estis. Ideo enim nos qui
media nocte surreximus ad confitendum
domino quod nimio pene tota nocte labo